

Trigesimus nonus

tes tuetur. Hoc .xl. diebus fieri præcipiunt. & pellis asinina iniecta impavidos infantes facit. Dentes qui equis primū candunt: facilem dentitionē præstant infantibus adalligati. efficacius si terram non attingere. lienem bubulus in melle editur. & illinitur ad lienis dolores. Ad ulcera manantia cum melle lyeu uitali in uino decoctus tritasque & illitus ulcuscula oris. Cerebrū capræ magi per anulum aureum traiectū prius quam lac detur infantibus instillatur contra comitiales. ceterosque infantium morbos Caprinū simum inquietos infantes adalligatū pāno cohibet: maxime puellas. lacte caprino uel cerebro leporum perunctæ giugiuæ faciles dentitiones faciunt. Somnos fieri lepore sumpto in cibis Cato arbitratur. Vulgus & gratiā corpori in nouē dies friuolo quidem ioco. Cui tamen aliqua debeat sub esse causa in tanta persuasione. magi felle capræ sacrificatæ duntaxat illito oculis uel sub puluio posito somnū allicii dicunt. Sudores inhihet cornus caprini cinis myrteo oleo perunctis. Coitus autē stimulat sel aprinū illitū. item medullæ faum hausta. Senū asininū anseris masculi adipe permixto illitū: item a coitu equi Virgilio quoque descriptū uirus & testiculi equini aridi ut potioni interferi possint: dexteræ asini testis in uino potus pro portione: uel adalligatus brachiali. eiusdem a coitu spūa collecta roseo panno & inclusa argento ut eschines tradit. Salpe genitale in oleū feruens mergi iubet septies: eoque perungi pertinentes. Bialcon cinerem ex eodē bibi uel tauri a coitu urinam: luteoquo ipso illini pubem: At e diuerso muris simo illito cohibetur uirorū uenus. ebrietatē arcet pulmo apri aut suis assus a ieiuno cibo præsumptus eodē die: item hædinus.

Sōnio
fos. vii.
Mart.

Mira de animalibus. Cap. xi.

Mira præterea traduntur in eisdē animalibus. Vestigiū equi excussum ungula: (ut solet plerumque) si quis collectū reponat lingustus remediū esse recordantibus quo nam loco id reposerūt. iecur luporū equinæ ungulæ simile esse. & rumpi equos qui uestigia luporū sub equite sequantur. Talisque suū discordia e quanda inesse. in incēdiis si simi aliquid egeratur e stabulis facilius extrahi. nec recurrere oues bouesque hircosque canes uirus noti recipere. si panem hordeaceum eo die quo interficiantur ederint: lassæue dilutū biberint. nullas uero teredinē sentire luna decrescēte induratas sale. Adeoque nihil omisū est: ut lepore surdū celerius pingue scere reperiamus. animalū uero medicina. Si sanguis profluat iumentis: suillū simū ex uino infundendū. Bouū autem morbis seuū sulphur uiuum allium siluestre ouū coctū: omnia hæc trita in uino danda: aut uulpis adipem. Carnē caballinam discōctam potu suam morbis mederi. omniam uero quadrupedum morbis capram solidam cū corio & ranam rubetam discōctas. gallinacos nō attingi uulpibus qui iecur animalis eius aridū ederint. uel si pellicula ex eo collo inducta galli inieriat. Similia in felle mustellæ. Boves in cypro contra tormina hominū extremitatis sibi mederi. insuper pedes bouū si prius cornua pice liquida perungantur. lupos in agros non accedere: si capti unius pedibus in fracis cultroque adacto paulatim sanguis circa fines agri spargatur: atque ipse defodiatur in eo loco: ex quo caperit trahi. aut si uomerē quo primus sulcus eo anno in agro ductus si excussum aratro focus larium quo familia conuenit absumat. ac lupum ceruis nulli animalium nociturum in eo agro quādiu id fiat. hinc deinde reuertemur ad animalia sui generis: quæ aut placita non sunt: aut fera.

CAII PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIE LIBER XXIX PROOEMIUM.

De medicina & inuentoribus eius: de origine medicinæ: & quādo primū clinice: & quādo primū iatraliptice: & de Chryssippo & erasistrato: & empirice: & erophilo: & reliquis illustribus medicis: & quotiens ratio medicinæ mutata sit: & qui primus romæ medicus: & quando: & quis de medicis antiqui romani iudicauerint: & uitia medicinæ

Cap. i.

Matura remediorum atque multitudo instantium ac præteritorum plura de ipsa mendendi arte cogūt dicere quæ nō ignarus si nullis ante hæc latino sermone: cū dita ancepsque ac lubricū esse rerū oium nouæ principium: nec aliud utique gratiæ quam sterilis difficultatis in p̄mendo. Sed quoniam occurrere uerisimile est oium quæ hec noscāt cogitationi: quoniam mō exoluerint in medicinæ usu quæ tā præta. atque p̄tinentia erāt mirūque & indignū protinus subit: nullā artiū inconstantiorē fuisse & etiamnū sapius imitari contigerit cū sit fruticosior nulle. Diis primum inuentores suos assignauit: & cælo dicauit. Necnō & hodie multifariā ab oraculis medicina petitur. auxit deinde famā et crimine ictū fulmine æsculapiū fabulata: quoniam Tyndaridam reuocauisset ad uitam. Nec tamen cessauit narrare alios reuixisse opera suæ clara troianis lemporibus a quibus fama certior uulnere duntaxat remediis: Sequentia eius mirū dictu in nocte densissima latuere usque ad peloponesiacū bellum.